Ubi aperte docet aliquos symoniacos esse dampnandos etiam dampnatores subintelligendum est non violenter attracti fuerint. De hiis enim et a quibus scilicet ab hereticis violenter ordinatis dicit Innocentius quod potest habere aliquem colorem excusationis si statim discesserint ab eis et professio eorum cum vocabulo cunctat

Etatem inquit canones sanxerunt
ut subdiaconus non ordinetur ante XIIII annos
nec dyaconus ante XXV presbyter ante XXX annos. Deinde si dignus fuerit ad episcopatum eligi potest quod nos etiam pari modo servare iubemus. Item Fabianus. Si quis XXX etatis non impleverit annos nullo modo presbyter ordinetur etiam si valde dignus sit quia et ipse dominus XXX annorum baptizatus est et sic cepit docere

Cum alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserint d xxvi

Matrimonii sacramentum ante peccatum legitur institutum a domino non tamen ad remedium sed ad officium. Refert enim scriptura Genesis quod Adam immisso sopore tulit unam de costis eius supplevit et edificavit mulierem formata viro ut intelligeretur ad quem usum mulierem post creationem prophetice dixisse hoc: Nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. Coniugii autem institutio duplex est. Una ante peccatum ad officium facta in paradiso ubi esset thorus immaculatus nuptie honorabiles ex quibus sine ardore conciperent sine dolore parerent. Altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum propter illicitum motum evitandum. Prima ut natura multiplicaretur secunda ut natura exciperetur et vitium cohiberetur. Nam et ante peccatum dixit deus: Crescite et multiplicamini et post peccatum diluvio facto